



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epitome Tribvnalis Sacramentalis Reverendissimi Patris  
Petri Marchantii**

**Zurmöllen, Heinrich**

**Neuhusii, 1677**

Art. 2. De peccatis Praefectorum seu Magistratum

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9734**

rens, se hoc modo parcere velle plebeculae, indicans quod præfides ad Provinciam ad modicum tempus missi, emungerent acrius populum, etiam usq; ad sanguinem, & tanto acrius dominarentur, quanto se breviori tempore dominaturos agnoscerent, solebatq; adferre paradigma alicujus vulnerati, qui in via jacens muscas vulnus depascentes non abigebat: quod cum aliquis transiens vidisset, officium vulnerato præstuisse ratus est si muscas abegisset, sicut & abegit: ad quem vulneratus, male (inquit) fecisti quia muscæ quas aī movisti, jam sanguine pleni erant, & me parcus molestatabant, quæ autem supervenient acerbius pungent, pari modo de mutatione præfectorum philosophandum est.

### Articulus Secundus.

#### *De peccatis Præfectorum seu Magistrorum.*

i. **I**N peccata mortalia se præcipitant, qui Magistratus & præfecturas ambiunt, emunt, vel se ad illos promoveri curant, consciî de sua in idoneitate: fit enim ut ob

ut ob negligentiam & ignorantiam s̄epius contra bonum patrię & Principum impingant, ab Adulatoribus & iis qui propria quærunt decipientur, injusticias committant, vitia regnare permittant, & corrigere omittant, & populum hostium & inimicorum crudelitati dimittant.

2. Peccant qui pusillanimes existentes, vel hominibus placere cupientes, favoribus amicorum, donis ac muneribus, adulatorum suasionibus, in omnem ventum vertuntur: vel timore indignationis aliquorum, à justo & recto tramite deviant. Quæ peccata existimari debent, juxta damna quæ vel Rex vel Patria vel personæ privatæ inde patiuntur.

3. Qui timorem Dei abjicientes, pro sua libidine effrænes, faciunt & permittunt omnia quæ lubent, nullo respectu ad leges naturales divinas vel positivas.

4. Peccant gravissime qui faciem mundanam ita induerunt, ut nec in verbo nec in opere veritatem servent, sed ut secundum S. Grego. *Ipsorum velut professio sit, cor Mashiuationibus tegere, & sensum verbis ve-*

P 6 lare,

*Tractatus Tertius ,  
lare , & tantis aulæcismis in suo gubernio  
utuntur, ut de hoc sæculo dici possit quod  
Osee 4. Dicitur: Non est enim veritas, &  
non est misericordia, & non est scientia Dei  
in terra, maledictum & Mendacium, &c.  
inundaverunt.*

5. Qui non contenti stipendiis & emolu-  
mentis, officio, Magistratui, sive præfectu-  
ræ constitutis, exigunt & extorquent mul-  
tam pecuniam, angarias, operas, contribu-  
tiones in omnibus rebus à subditis , quæ  
omnia præter furtum & Rapinam rei alie-  
næ, continent graves injusticias & oppres-  
siones plebis.

De Prætoribus , Hoffmannis, Satrapis  
hic aliquid specificandum fuisset, sed cum  
sit eadem accommoda ratio de illis quæ de  
præfectis, & non minora peccata commit-  
tant, cum ipsi ut plurimum magis ignari,  
exactionibus ac injustis multis se intrica-  
re soleant, ipsis doctrina superior applica-  
ri poterit.

TITV-